

2013 SAN ANTONIO CLASSICAL SOCIETY

TSJCL AREA B ACADEMIC OLYMPICS

SIGHT RECITATION LEVELS 1/2 A, 1/2 B, AND 1

in lūdō Rōmānō erant puerī sed nōn multae puellae. sī lūdus bonus erat, puerī magistrō pecūniam dabant. magister saepe erat servus fīdus. docēbat puerōs grammaticam, rhētoricam, arithmēticam. sī puerī discipulī bonī erant, eōs laudābat. sī puerī malī et nōn studiōsī erant, eōs castīgābat. paedagōgus puerōs exspectābat et librōs portābat. fortūna puerōrum nōn mala erat sī puerī bonī erant.

puellae domī erant. mātērēs puellās artēs domesticās docēbant. nōnne vīta puellārum bona erat?

2013 AREA B LEVELS ½ A, ½ B, AND 1 SIGHT RECITATION JUDGING SHEET

Student's ID #: _____

Student's First Name: _____

in lūdō Rōmānō erant puerī sed nōn multae puellae. sī
 lūdus bonus erat, puerī magistrō pecūniam dabant. magister
 saepe erat servus fidus. docēbat puerōs grammaticam,
 rhētoricam, arithmēticam. sī puerī discipulī bonī erant, eōs
 laudābat. sī puerī malī et nōn studiōsī erant, eōs castigābat.
 paedagōgus puerōs exspectābat et librōs portābat. fortūna
 puerōrum nōn mala erat sī puerī bonī erant.
 puellae domī erant. mātres puellās artēs domesticās
 docēbant. nōnne vīta puellārum bona erat?

Comments:

(Mark errors on text as they are made.)

Judging Criteria:	
Confidence	(5) _____
Continuity	(5) _____
Phrasing	(5) _____
Syllabification	(5) _____
Vowel Quality	(5) _____
Vowel Length	(5) _____
Consonant Quality	(5) _____
Double Consonants	(5) _____
Word Accentuation	(5) _____
Fluidity	(10) _____
Appropriate expression	(20) _____
Overall effectiveness	(25) _____
Total	(100) _____

2013 SAN ANTONIO CLASSICAL SOCIETY

TSJCL AREA B ACADEMIC OLYMPICS

SIGHT RECITATION LEVEL 2

itaque accidit ut Iāsōn, cum calceum āmissum nūllō modō recipere posset, ūnō pede nūdō in domicilium rēgium pervēnit. cum primum Peliās eum vīdit, perterritus est. intellēxit enim ōrāculum sē dē hōc vērō monuisse. ille dolō plēnus hoc cōnsilium iniit. erat rēx quīdam, Aeētēs, quī rēgnum Colchidis illō tempore obtinēbat. huic commissum erat vellus aureum quod Phrixus ōlim ibi relīquerat. cōstituit igitur Peliās Iāsonem mittere ut hoc vellere potirētur. cum perīculum esset magnum, eum in itinere peritūrum esse spērābat. Iāsonem igitur ad sē arcessīvit, et eum dē vellere certiōrem fēcit. ille cum intellexeret rem esse summae difficultātis, tamen virtūte suā frētus negōtium magnō cum studiō suscēpit.

2013 ARREA B LEVEL 2 SIGHT RECITATION JUDGING SHEET

Student's ID #: _____

Student's First Name: _____

itaque accidit ut Iāsōn, cum calceum āmissum nūllō modō
 recipere posset, ūnō pede nūdō in domiciliū rēgium pervēnit.
 cum prīmum Peliās eum vīdit, perterritus est. intellēxit enim
 ōrāculum sē dē hōc vērō monuisse. ille dolō plēnus hoc cōnsiliū
 inīit. erat rēx quīdam, Aaeētēs, quī rēgnūm Colchidis illō tempore
 obtinēbat. huic commissum erat vellus aureum quod Phrixus ōlim
 ibi reliquerat. cōstituit igitur Peliās Iāsonem mittere ut hoc vellere
 potīrētur. cum perīculum esset māgnūm, eum in itinere perītūrū
 esse spērābat. Iāsonem igitur ad sē arcessīvīt, et eum dē vellere
 certiōrem fēcīt. ille cum intellegeret rem esse summae difficultātis,
 tamen virtūte suā frētus negōtium māgnō cum studiō suscēpit.

Comments:

(Mark errors on text as they are made.)

Judging Criteria:	
Confidence	(5) _____
Continuity	(5) _____
Phrasing	(5) _____
Syllabification	(5) _____
Vowel Quality	(5) _____
Vowel Length	(5) _____
Consonant Quality	(5) _____
Double Consonants	(5) _____
Word Accentuation	(5) _____
Fluidity	(10) _____
Appropriate expression	(20) _____
Overall effectiveness	(25) _____
Total	(100) _____

2013 SAN ANTONIO CLASSICAL SOCIETY

TSJCL AREA B ACADEMIC OLYMPICS

SIGHT RECITATION LEVEL 3

rēx Icēnōrum Prasutagus, dīvitiīs diū clārus, Caesarem hērēdem duāsque filiās scrīpserat, tālī obsequiō ratus et rēgnum et domum suam procul iniūriā futūram esse. quod contrā vertit, adeō ut rēgnum ā centuriōnibus, domus ā servīs velut capta vāstārentur. iam prīmum uxor eius Boudica verberāta et filiae stuprō violātae sunt: prīncipēs omnēs Icēnōrum, quasi Rōmānī tōtam regiōnem mūnerī accēpissent, avītīs bonīs exuuntur, et propinquī rēgis inter servōs habēbantur. quā contumēliā et metū graviōrum permōtī, quod in formam prōvinciae cesserant, rapiunt arma; commōtī sunt ad rebelliōnem Trinobantēs et quī aliī, nōndum servitiō frāctī, recipere libertātem occultīs coniūrātiōnibus pepigerant. ācerrimum in veterānōs odium; quī in colōniam Camulodūnum nūper dēductī pellēbant domibus Trinobantēs, exturbābant agrīs, captīvōs vel servōs appellābant; militēsque superbiam saevitiamque veterānōrum incitābant similitūdine vītae et spē eiusdem licentiae.

2013 AREA B LEVEL 3 SIGHT RECITATION JUDGING SHEET

Student's ID #: _____

Student's First Name: _____

rēx Icēnōrum Prasutagus, dīvītīs diū clārus, Caesarem hērēdem
 duāsque filiās scripserat, tālī obsequiō ratus et rēgnum et domum suam
 procul iniuriā futuram esse. quod contrā vertit, adeō ut rēgnum ā
 centuriōnibus, domus ā servīs velut capta vāstārentur. iam prīmum ā
 uxor eius Boudica verberāta et filiae stuprō violātae sunt: prīncipēs
 omnes Icēnōrum, quasi Rōmānī tōtam regiōnem mūnerī accēpissent,
 avītīs bonīs exuuntur, et propinquī rēgis inter servōs habēbantur. quā
 contumeliā et metū graviōrum permōtī, quod in formam prōvinciae
 cesserant, rapiunt arma; commōtī sunt ad rebellīōnem Trinobantēs et
 quī aliī, nōndum servitiō frāctī, recipere libertātem occultis
 coniūrātiōnibus pepigerant. ācerrimum in veterānōs odium; quī in
 colōniam Camulodūnum nūper dēductī pellēbant domibus Trinobantēs,
 exturbābant agrīs, captivōs vel servōs appellābant; militēsque
 superbiam saevitiamque veterānōrum incitābant similitūdine vitāe et
 spē eiusdem licentiae.

Comments:

(Mark errors on text as they are made.)

Judging Criteria:	
Confidence	(5) _____
Continuity	(5) _____
Phrasing	(5) _____
Syllabification	(5) _____
Vowel Quality	(5) _____
Vowel Length	(5) _____
Consonant Quality	(5) _____
Double Consonants	(5) _____
Word Accentuation	(5) _____
Fluidity	(10) _____
Appropriate expression	(20) _____
Overall effectiveness	(25) _____
Total	(100) _____

2013 SAN ANTONIO CLASSICAL SOCIETY

TSJCL AREA B ACADEMIC OLYMPICS

SIGHT RECITATION LEVELS 4 AND HIGHER

Ācis erat, Faunō nymphāque Symaethide crētus,
magna quidem patrisque suī mātrisque voluptās,
nostra tamen maior; nam mē sibi iunxerat ūnī.

pulcher et octōnīs iterum nātālibus āctīs

signārat tenerās dubiā lānūgine mālās:

hunc ego mē Cyclōps nūllō cum fine petēbat;

nec, sī quaesierīs odium Cyclōpis amorne

Ācidis in nōbīs fuerit praesentio, ēdam:

pār utrumque fuit. Prō quanta potentia rēgnī

est, Venus alma, tuī! nempe ille inmītis et ipsīs

horrendus silvīs et vīsus ab hospite nūllō

inpūne et magnī cum dīs contemptor Olympī

quid sit amor sēnsit nostrīque cupīdine captus

ūritur oblītus pecorum antrōrumque suōrum.

Contest Code: 17

2013 AREA B LEVELS 4 AND HIGHER SIGHT RECITATION JUDGING SHEET

Student's ID #: _____

Student's First Name: _____

Ācis erat, Faunō nymphāque Symaethide crētus,
magna quidem patrisque suī mātrisque voluptās,
nostra tamen maior; nam mē sibi iunxerat ūnī.
pulcher et octōnīs iterum nātālibus āctis
signārat tenerās dubiā lānūgine mālās:
hunc ego mē Cyclōps nūllō cum fine petēbat;
nec, sī quaesieris odium Cyclōpis amorne
Ācidis in nōbīs fuerit praesentio, ēdam:
pār utrumque fuit. Prō quanta potentia rēgni
est, Venus alma, tuī! nempe ille inmitis et ipsis
horrendus silvīs et vīsus ab hospite nūllō
inpūne et magnī cum dīs contemptor Olympi
quid sit amor sēnsit nostrīque cupidine captus
ūritur oblitus pecorum antrōrumque suōrum.

Comments:

(Mark errors on text as they are made.)

Judging Criteria:	
Confidence	(5) _____
Continuity	(5) _____
Phrasing	(5) _____
Syllabification	(5) _____
Vowel Quality	(5) _____
Vowel Length	(5) _____
Consonant Quality	(5) _____
Double Consonants	(5) _____
Word Accentuation	(5) _____
Elisions	(5) _____
Scansion	(5) _____
Fluidity	(10) _____
Appropriate expression	(20) _____
Overall effectiveness	(15) _____
Total	(100) _____